Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35054
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore

speravimus quod semper, quod est ita prudentes quod cum vicinis opta
tis et cupit in tranquillitate quiescere et inimicitiarum quorum
potest turbines evitare. Ut vero hec bona vestra voluntas exteri
prout ex verbis premissis protulisti parte nostra evidencia aliqua
faciat, per quam vestra perfecta intencio denotetur. Ut quod ad vivendum
vobiscum in vera fraternitate firmissime. Summus namque nos ex nostra
parte dispositi vos in filios et fratres nostre civitatis leto animo acceptare
et de omni nostra potencia in vestris opportunitatibus subvenire. Dat.

clxxxii Magnifici domini et filii carissimi. Non tanta cum illacione dampnorum
hostibus nostris de .. exultatio atque letitia quanta ex robaria facta
in territorio vestro prout vestre littere denotarunt mesticia nobis et a
maritudo successit. Et tanta quod linguis exprimere non valeamus
Ex qua quidem tantum cruciamur in mentibus quantum de re aliqua que
sinistra nobis occurrere potuisset. Pro deumque testamur nos Comiti ..
hoc principaliter precepisse ut nullam contra subditos vestros fieri face
re iniuriam pateretur. Et de huiusmodi nostri transgressione mandati nil
aliud possumus quam testari plusquam parit et dolere vobiscum. Et
tamen restitucionis debitum munere. Cum vero primum hec intelleximus scripsimus
.. fratri nostro ut visis litteris nostris quas ei scripsimus velit roboriam
factam subditis vestris facere indilate restitui quod si ipse facere retardaret
de stipendiis suis vestris faciemus subditis provideri. Circa restitucionem
autem omnium bonorum dampnorum datorum vobis tenebimus modus possibile
atque sollicitus per que cum malo et dampnis vestris illatis remedia ad
omnia que scripsistis vobis grata reperientur de quorum illacione sic fideliter
nudo est inscii fuimus et totaliter innocentes. Dat.

Exordium
clxxxiii Magnifici domini etc. Iubet et artat nos patrie amor et caritas
ut pro Civibus nostris quos veluti nostras proprias personas amare
tenemur et omni possibili favore complecti intercedamus et
dominos amicorum quam expedit precorum salute presidia requiramus. Cum
igitur in alma urbe vestra sit principaliter captivatus quidam A. etc.

Aliud exordium
super eodem
clxxxiiii Compati miseriis Civium nostrorum patrio debito et omni naturali ca
ritate tenemur ut pro eis orare et interponere partes quos solum
natale nobis produxit amandos ac intra precordia iubet esse tenen
dos. Cum igitur discretus Civis noster T. iure [illegible] vestris ste
terit diutissime in carceribus captivatus et relaxacionem eiusdem
cunctis effectibus optamus amicorum fraternitatem vestram pro quo omnia
possibilia facturi rogamus etc.

clxxxv Universos principes et dominos et Amicos. Nos Anciani Con
sules etc. Cordialiter deprecamur quatenus magnificum et Generosum
Militem dominum Rodulphum de .. de .. nostre Civitatis cordialem
amicum quemque arta dilectione complectimur ad quas partes habet
se conferre per Civitates terras Castra villas et cetera loca que
cumque et tam per terram quam per mare aquas navigia passus

et portus